



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 192. Aliæ Pauli V. Pontificis Constitutiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

gregationis Regimine conditas appro- Sæc. XVII.
 bavit. Idem quoque Pontifex die sex- A. C. 1617.
 ta Martii hoc anno Congregationem
 Clericorum Pauperum Matris Dei
 Scholarum piarum ad pauperes pueros
 pie & absque ulla mercede instituendos
 atque erudiendos erexit : quocirca
 passim *Paulina* vocabatur *Congregatio*,
 postea eam Gregorius XV. die decima
 octava Novembris anno Salutis nostræ
 millesimo sexcentesimo vigesimo primo
 approbavit, atque in veram Re-
 ligionem solemnii votorum sponsione
 erexit : Innocentius X. anno post Chri-
 stum natum millesimo sexcentesimo
 quadragesimo octavo decrevit, ut hujus
 Congregationis Alumni nullis Religio-
 forum votis adstricti ad normam Sacer-
 dotum ex Congregatione S. Philippi
 Nerii viverent, quamvis postea Cle-
 mens IX. anno Incarnationis Dominicæ
 millesimo sexcentesimo quinquagesimo
 nono rursus hanc Congregationem ad
 pristinum Religiosorum statum revoca-
 rit, uti testatur Clemens X. in suo di-
 plomate, quod incipit : *Cum felicis re-
 cordationis &c.*

§. CXCII.

*Alicæ Pauli V. Pontificis Consti-
 tutiones.*

U u 2

Idem

Sæc. XVII. **I**dem quoque summus Pontifex hoc
A. C. 1617. anno quasdam edidit constitutiones,
 & quidem die vigesima quinta Janua-
 rii quædam approbavit statuta, quæ
 a Fratibus Eremitis S. Augustini
 Congregationis Siculæ condita fuere.
 Pariter die vigesima Martii Fratibus
 Minoribus Ordinis Sancti Francisci be-
 nigne indulgit, ut semel in Mense pri-
 ma die non impedita de S. Francisco
 Officium, prout in die festo ejusdem
 Sancti, recitare valeant. Jam priori
 anno die sexta Julii exortis in Hispania
 & alibi vehementibus turbis Paulus V.
 Constitutiones Sixti IV. & Pii V. de
 Conceptione B. V. Mariæ editas confir-
 mabat, earumque transgressores gra-
 vioribus adhuc pœnis a locorum Ordini-
 nariis, & Inquisitoribus puniri jubebat,
 cum autem, relicta utramque senten-
 tiam propugnandi facultate, nondum
 submota essent inter fideles scandala,
 hinc Pontifex inhibuit, ne in actibus
 publicis assereretur, Beatissimam Vir-
 ginem in peccato originali fuisse con-
 ceptam. Eadem Constitutio postea a
 Gregorio XV. & Alexandro VII. inno-
 vata est. Præterea idem Papa Sancti
 Sylvestri Cuzolini Nobilis Auximani
 merita plurimum commendans, Con-
 gregationem Monachorum ab eodem
 Sancto institutam pluribus auxit favo-
 ribus.

Bullar.
Magn. t. 3.
Paul. V.

Vid. Supra
Lib. CXC.
S. 63.

ribus. Die autem duodecima Octobris exorto inter Franciscanos & Capuccinos diffidio declaravit, quod hi in publicis supplicationibus ubique propriam Crucem deferre valeant. Die autem vigesima Novembris constitutiones Sixti V. & Clementis VIII. de non alienandis bonis declarabat. Denique Pontifex die secunda Decembris ad Indicem librorum prohibitorum rejici jussit librum, cui titulus: *Deus & Rex, seu Dialogus, quo demonstratur Jacobum Regem in Regnis suis iustissime sibi vindicare, quicquid in juramento fidelitatis requiritur.*

Sæc. XVII.
A. C. 1617.

§. CXCIII.

Scoti ad amplectendum Ecclesiæ Anglicanæ ritum a Jacobo I. Rege coacti.

Quo magis Jacobus I. Angliæ Rex supremum, ac Monarchicum imperium sibi vindicare intentus erat, eo ardentius Puritanos, præcipue Scotos a sua regiminis norma, quæ Aristocratix accedebat, avertere nitebatur, cumque privatarum Communitatum Presbyteri, Clerique conventus omnem sibi auctoritatem asseruissent, Episcopis præter inane nomen nulla potestate relicta, hinc Scotiæ Ecclesiam, ad Anglicanæ, a qua hæc in aliis etiam

Annal. Jacob. I. Thoiras Hist. d' Angl. l. 18. Calmet Hist. Univ. l. 152. rum. 48.